

MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

PROPER of the MASS

ST JOACHIM

August 16

Psalm 111: 9,1

INTROIT

DISPÉRSIT, dedit paupéribus: justítia ejus manet in sæculum sæculi: cornu ejus exaltábitur in glória. *Ps.* Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Gloria Patri.

He hath distributed, he hath given to the poor: his justice remaineth forever and ever: his horn shall be exalted in glory. *Ps.* Blessed is the man that feareth the Lord: he delighteth exceedingly in His commandments. Glory be to the Father

COLLECT

DEUS, qui præ ómnibus Sanctis tuis beátum Jóachim Genitrícis Fílii tui patrem esse voluísti: concéde, quæsumus; ut, cujus festa venerámur, ejus quoque perpétuo patrocinia sentiámus. Per eumdem Dominum.

O God, Who didst will that blessed Joachim, in preference to any other of Thy saints, should be the father of the mother of Thy Son, grant, we beseech Thee, that, as we venerate his festival, we may continually experience his patronage. Through the same Lord.

Ecclesi. 31: 8-11

EPISTLE

BEATUS vir, qui invéntus est sine mácula, et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua. Qui probátus est in illo, et perféctus est, erit illi glória æténa: qui pótuit tránsgredi, et non est tránsgréssus: fácere mala, et non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Dómino, et eleemósynas illíus enarrábit omnis ecclésia sanctorum.

Blessed is the man that is found without blemish, and that hath not gone after gold, nor put his trust in money nor in treasures. Who is he, and we will praise him? For he hath done wonderful things in his life. Who hath been tried thereby, and made perfect, he shall have glory everlasting: he that could have transgressed, and hath not transgressed, and could do evil things, and hath not done them: therefore are his goods established in the Lord, and all the church of the saints shall declare his alms.

Psalm 111: 9,2

GRADUAL

DISPÉRSIT, dedit paupéribus: justítia ejus manet in sæculum sæculi. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicétur.

He hath distributed, he hath given to the poor: his justice remaineth forever and ever. His seed shall be mighty upon earth: the generation of the righteous shall be blessed.

COMMON PREFACE

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

Luke 12: 42

COMMUNION

FIDÉLIS servus et prudens, quem constituit dóminus super familiam suam: ut det illis in témpore tritici mensúram.

A faithful and wise steward, whom His lord set over His family; to give them their measure of wheat in due season.

POSTCOMMUNION

QUÆSUMUS, omnipotens Deus: ut per hæc sacraménta, quæ súmpsimus, intercedéntibus méritis et precibus beáti Jóachim patris Genitrícis dilécti Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi, tuæ grátia in præsentí, et æténa glória in futúro partícipes esse mereámur. Per eumdem Dóminum.

We beseech Thee, O almighty God, that by this sacrament which we have received, and by the interceding merits and prayers of blessed Joachim, the father of the mother of Thy beloved Son, Our Lord Jesus Christ, we may deserve to share Thy grace in the present and eternal glory in the future. Through the same Lord.

ALLELÚIA, allelúia. O Jóachim, sanctæ conjux Annæ, pater almæ Virginitis, hic fámulis ferre salutis opem. Allelúia.

Matthew 1: 1-16

LIBER generatiónis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam, et fratres ejus. Judas autem genuit Phares, et Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Jesse. Jesse autem genuit David regem. David autem rex genuit Salomónem ex ea, quæ fuit Uriæ. Sálomon autem genuit Róboam. Róboam autem genuit Abíam. Abías autem genuit Asa. Asa autem genuit Jósaphat. Jósaphat autem genuit Joram. Joram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Jóatham. Jóatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechíam. Ezechías autem genuit Manássen. Manássen autem genuit Amon. Amon autem genuit Josíam. Josías autem genuit Jechoníam, et fratres ejus in transmigratióne Babylónis. Et post transmigratióne Babylónis: Jechonías genuit Saláthiel. Saláthiel autem genuit Zoróbabel. Zoróbabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliácim. Eliácim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleázar. Eleázar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Jacob; Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocátur Christus.

ALLELUIA

Alleluia, alleluia. O holy Joachim, spouse of St. Anne, father of the kindly virgin, help thy servants to save their souls. Alleluia.

GOSPEL

The book of the generation of Jesus Christ, the son of David, the son of Abraham. Abraham begot Isaac; and Isaac begot Jacob; and Jacob begot Judas, and his brethren; and Judas begot Phares and Zaram of Thamar; and Phares begot Esron; and Esron begot Aram; and Aram begot Aminadab; and Aminadab begot Naasson; and Naasson begot Salmon; and Salmon begot Booz of Rahab; and Booz begot Obed of Ruth; and Obed begot Jesse; and Jesse begot David the king. And David the king begot Solomon, of her who had been the wife of Urias; and Solomon begot Roboam; and Roboam begot Abia; and Abia begot Asa; and Asa begot Josaphat; and Josaphat begot Joram; and Joram begot Ozias; and Ozias begot Joatham; and Joatham begot Achaz; and Achaz begot Ezechias; and Ezechias begot Manasses; and Manasses begot Amon; and Amon begot Josias; and Josias begot Jechonias and his brethren in the transmigration of Babylon. And after the transmigration of Babylon, Jechonias begot Salathiel; and Salathiel begot Zorobabel; and Zorobabel begot Abiud; and Abiud begot Eliacim; and Eliacim begot Azor; and Azor begot Sadoc; and Sadoc begot Achim, and Achim begot Eliud; and Eliud begot Eleazar; and Eleazar begot Mathan; and Mathan begot Jacob; and Jacob begot Joseph, the husband of Mary, of whom was born Jesus, Who is called Christ.

Psalm 8: 6,7 OFFERTORY

GLÓRIA et honóre coronasti eum: et constituísti eum super ópera mánuum tuarum, Dómine.

Thou hast crowned him with glory and honour, and hast set him over the works of Thy hands, O Lord.



St Joachim and St Anne meeting at the Golden Gate of Jerusalem in expectation of the birth of Mary - Giotto c.1310

SECRET

SÚSCIPE, clementissime Deus, sacrificium in honórem sancti Patriarchæ; Jóachim, patris Mariæ Virginitis, majestáti tuæ oblátum: ut, cum conjuge sua, et beatíssima prole intercedente, perfectam consequi mereámur remissionem peccatorum, et glóriam sempiternam. Per Dóminum.

Graciously receive, O most merciful God, the sacrifice offered to Thy majesty in honour of the holy patriarch Joachim, father of Mary the Virgin, that by his own intercession, with that of his spouse and their most blessed offspring, we may deserve to obtain forgiveness of our sins and everlasting glory. Through our Lord.